

piunt, & ipsi sententiam excommunicationis sufferre per d. extravaag. tenentur; quin & Clerici, qui solum seiverunt alienationem, nec illam Superiori denuntiarunt, à perceptione beneficiorum, quæ obtinent in Ecclesia gravata, per triennium sunt suspensi d. cap. hinc consiliosissimo. Vide D. Vilagut de Reb. Eccles. male alienat. lib. 3. p. 2. per cor. ubi multiplices pœnas & exempla punitorum recenset.

Poteft tamen ab hîce pœnis excusare I. 128 consuetudo, per quam cit. Extravaag. alicui quoad pœnas est abrogata. P. Engel ad cit. tit. num. 18. II. actûs imperfectio, si vel alienantes ante factam traditionem resisterint; P. Reiffensuel ad cit. tit. num. 67. vel etiam alienationem jam factam modo retraherint, & Ecclesie celeri restitutione satisfecerint arg. cap. si quis 6. d. 1.



PARS III.
DE JURIBUS ECCLESIASTICIS.
CAPUT I.
De Juribus Episcopalibus.

AD Res Ecclesiasticas revocantur etiam Jura Ecclesiastica, utpote quæ nihil aliud sunt, quam res ineorporales. Quia tamen in quotidiano loquendi more Res & Jura, velut distincta vocabula, pronuntiantur, ac nomine Rerum communiter Res corporales; nomine Jurium verò Res ineorporales denotantur: ideo separatam partem de Juribus Ecclesiasticis adornare, & inter illa principali loco Jura Episcopalia collocare allubescit.

SECTIO I.

De Juribus Episcopalibus, ad Legem Jurisdictionis pertinentibus.

SUMMARI A.

- 1. Attinguntur Jura Episcopalia. 2. & 3. Principè jus Jurisdictionis. 4. & 5. Non extenditur ad loca Diocesis alterius. 6. & seq. Decet, quis Jurisdictionem habeat in consilio. 8. Poteft Episcopus ex Ecclesia Saculari facere Regularem. 9. & seq. Non vice versa. 11. & seqq. Subjiciuntur quidam casus, in quibus Episcopus habet Jurisdictionem in Exemptis. 14. Describitur jus visitandi. 15. Illius necessitas. 16. & seq. Loca visitanda. 18. Persona. 19. & seqq. Tractatur de jure administrandi Sacramenta.

§. I.

De Jure Jurisdictionis Episcopalis.

- 1. Jura Episcopalia, quæ sine dubio primas sibi vendicant inter cætera Jura Ecclesiastica, tametsi permulta & permagna sint, attamen per textum & Interpretes in cap. dilectus 18. de Offic. Jud. Ord. omnia ad duas species referuntur, videlicet Legem Jurisdictionis, & Legem Diocesanam, ut notavi in Lib. I. tract. de Jurisdic. cap. 4. n. 19.
- 2. Lex Jurisdictionis comprehendit tum ea, quæ sunt Ordinis, tum ea, quæ sunt Jurisdictionis, ac in dando consistunt. De ipsa Jurisdictione jam egimus in cit. tractatu. Unde nihil eorum, quæ jam dicta, repetere, sed modica tantum atterere cogitamus.
- 3. Est nempe Jurisdictio Episcopalis tam ampla & excofta, ut personas omnes & loca, quoad ea, quæ spiritalia sunt, intra fines suæ Diocesis sibi habeat subjefta, nisi specialis

exemptio probetur per textum in cap. omnes Basilica 10. XVI. q. 7. cap. Monasteria 17. XVIII. quæst. 2. cap. conquerente 16. de Offic. Jud. Ord. cap. cum Episcopus 7. eod. in 6. cap. de Xenodochiis 3. cap. ad hoc 4. cap. cum venerabilis 7. cap. cum dilectus 8. de Religiof. Dom. cap. cum persona 7. de Privileg. in 6. Fagnanus in cap. nulli de Parochiis n. 27.

Dubitatur autem I. an Jurisdictio Episcopi sit etiam fundata quoad loca Religiofa alterius Diocesis, si hæc uniantur accessiofiori Monasteriis vel Ecclesiis, intra ipsius Diocesis existentibus?

Resp. negativè. Textus & ratio est in cap. quia Monasterium 2. de Religiof. domib. quia unio sic fieri amat, ut singulis Episcopis sua jura maneant inviolata. Ergo locus unitus manet Episcopo, in cujus Diocesi est situs, nec subji-

subjicitur Episcopo, cujus Ecclesie subjeftæ unitor. Hæcque resolutio, quòd locus unitus maneat Episcopo priori subjeftus, procedit, esto locus, cui unitor, sit exemptus arg. cit. nihil etenim impedit, ut locus aliquis exemptus habeat sibi unita & ineorporata bona non-exempta. Wiefner ad tit. de Religiof. Dom. n. 8.

6. Dubitatur II. quis Episcopus habeat Jurisdictionem in loco, de quo, in cujus Diocesi existit, dubitatur?

Hoc dubium ex iis resolvendum est, quæ in Lib. I. tract. 2. cap. 5. à num. 412. adstructa sunt. Nempe, si non possit constare de finibus, de quorum probatione aliquid dictum in p. 2. cap. 2. num. 43. videndum est, an nullus Episcoporum ibidem aliquem actum Jurisdictionis Episcopalis antecederet exercuerit.

7. Si enim vel unus actus fuerit exercitus, statim præsumptio pro exercente quoad omnes reliquos actus per textum egregium in cap. nunc autem 1. de Religiof. Dom. ubi Panormitan. n. 3. & seqq. Pax Jordan Elucubrat. divers. rom. 7. lib. 7. tit. 1. n. 35. Neque enim in similitam consideratur particularitas actuum, quàm universalitas causæ & tituli, unde particularis actus resultat præsumitur.

8. Dubitatur III. Positne Episcopus locum, in quo degunt Clerici Sæculares, commutare in locum, in quo deinceps solum Regulares converferentur; & e contra?

Resp. I. posse Episcopum locum, in quo degunt Clerici Sæculares, convertere in Regularem juxta cap. si Episcopus 73. XII. q. 2. cap. ad audientiam 5. de Eccles. adificand. Gonzalez in cit. cap. & in cap. inter quatuor 5. de Religiof. Dom. in fine.

9. Resp. II. non posse Episcopum in locum, pro Regularibus deputatum, introducere Clericos Sæculares, nisi penitus Regulares omnes, cujuscuque Ordinis, defecerint. Textus in cap. pervenit ad me 26. XVIII. q. 2.

d. cap. inter quatuor 5. de Religiof. Dom. Ratio est: quia ex una parte non licet intentiones Fundatorum commutare in opus minus excellens; ex altera vero Regularibus est jus quæsitum, ut, si casu aliquò defecerint, substituantur alii Regulares ex eodem Ordine; & si tales haberi nequeant, vocentur alii ex alio Ordine cap. relatum 7. Ne Clerici vel Monachi. Unde si nulli profus Regulares inventiri possint, primùm Clerici Sæculares admittuntur. Panormit. ad cit. cap. inter n. 1. Fagnanus ibid. num. 5. Gonzalez ubi supra.

Dubitatur IV. habeatne Episcopus alii quando Jurisdictionem in exemptis?

Resp. esse casus complures, in quibus Episcopi habent Jurisdictionem in exemptis, nisi & isti Jurisdictionem quasi-Episcopalem obtineant. I. est quoad ea, quæ sunt Ordinis cap. veniens 19. de Prescrip. II. in observatione festorum. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 12. III. in observatione censura Ecclesiasticarum d. cap. 12. IV. in censura librorum. Trid. sess. 4. in Decreto de usu & edit. libro. V. in vocatione ad processiones publicas. Trid. sess. 25. de Reg. cap. 13. VI. in erectione novorum Monasteriorum, Ecclesiarum, & Oratoriorum. d. sess. 25. de ref. cap. 3. VII. in executione ultimarum voluntatum Clem. un. de Testam. VIII. in causis hæreseos cap. ad abolendam 9. §. fin. de Hærese. IX. in causis mercedum & stipendiorum, quæ debentur operariis & personis miserabilibus, Trid. sess. 7. de ref. cap. 14. Conferantur 13.

Barbola de Offic. & pot. Episc. alleg. 105. Erasmus à Chokier de Jurisdic. Ord. in exempt. p. 2. q. 45. & alibi. Pax Jordan Elucubrat. div. 10. 2. lib. 7. tit. 14. per tot. Fagnanus in cap. grave 19. de Offic. Ordinis. Wiefner ad tit. de Privileg. artic. 6. apud quos plures ejusmodi casus, à nobis hinc inde in nostro opere, prout materia dictaverit, recensiti vel recensendi, utiliter legi, & expendi possunt.

§. II.

De jure visitandi.

14. EX Juribus Episcopalibus non postremum est jus visitandi. Visitare autem nihil aliud est, quàm excessus inquirere; iniquos castigare & emendare; observantiam obligationum juxta cujusque personæ ac rei exigentiam, ubi adhuc viger, conservare, & ubi deficit, in statum pristinum restituere. Ita in terminis Pax Jordan d. l. tit. 1. n. 4. secutus Barbosam de Offic. & pot. Ep. alleg. 73. n. 1.

15. Hocque jus non tam pendet à libera voluntate Episcopi quàm necessitate, dum id sæpius exercere, ac singulis annis semel, aut saltem, si nimia sit locorum amplitudo & distantia, singulis bienniis Diocesis per se, vel, si legitimum impedimentò fuerit distentus, per alium visitare tenetur cap. decrevimus 10. cap. Episcopum 11. X. q. 1. Trident. Concil. sess. 24. de reformat. cap. 3. Pax Jordan d. l. num. 30. & seqq.

Subsunt Episcopali Visitatori I. Ecclesie & Cathedralæ, earumque Capitula & persona. Trid. sess. 6. de reformat. cap. 4. Jordan d. l. à num. 106. II. Ecclesie Collegiatæ, earumque Capitula & persona. Trid. sess. 25. de ref. cap. 6. Jordan d. l. tit. 5. per tot. III. Ecclesie Parochiales, earumque Rectores, est Monasteriis exemptis (unione pleni juris) sine ineorporatæ. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 11. Jordan d. l. tit. 6. per tot. IV. Ecclesie & Capellæ non-Parochiales, uti & Hospitalia, ac alia loca pia. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 8. V. Ecclesie Regularæ earumque Conventus, quibus exemptio non suffragatur arg. cit. Concilii d. sess. cap. 20. Si tamen juxta 17 cap. in singulis 7. & cap. ea que 8. de Statu Monach. fuerint in Congregationem redacta, debent ex mandato Concilii Lateranensis in Capitulo Generali ordinari Religiofa ac circumscripta persona,

persona, qua singulas Abbatis ejusdem Regni ac Provincia non solum Monachorum sed etiam Monialium, secundum formam sibi preficam, auctoritate & vice Apostolica studens visitare, corrigere & reformare, qua correctionis & reformationis officio viderint indigere.

18 Si petas: an Episcopus visitans etiam in excessibus Laicorum inquirere possit?

§. III.

De jure administrandi Sacramenta.

19 In quibus Episcopis adscribo jus administrandi Sacramenta, ad normam Concilii Tridentini sess. 23. de ref. cap. 1. omnibus animarum pastoribus proprium esse dicentes, oves suas administratione Sacramentorum, pacere. Pax Jordan Elucubr. divers. tom. 1. lib. 3. tit. 1. n. 6.

20 Nec tantum hoc intelligendum est de Sacramentis Ordinis & Confirmationis, quae characterem Episcopalem presupponunt, sed etiam de caeteris. Nam de Baptismo specialiter admonetur Episcopus in sua consecratione, quod ipsum oporteat baptizare. Jordan d. l. n. 2. & in cap. presbyter 11. Dist. 95. prohibetur, ne Presbyter praesente Episcopo signet infantes, nisi ab Episcopo fuerit illi preceptum: & in Rituali Romano pro Episcopo baptizante speciales caeremoniae sunt praecipuae. Jordan d. l. n. 7.

21 De Sacramento Eucharistiae scribit idem Author d. lib. 3. tit. 3. n. 1. debere Episcopum aliquando, praesertim in Paschate, propria manu Sanctissimam Eucharistiam fidelibus administrare, cum ad excitandum eorum devotionem & frequentiam ac spiritualem alacritatem, quae magnoperè ex Pastoris praesentia & pio labore provenire solet; tum etiam ad aliorum Ministrorum excitamentum, exemplum, atque levamen &c. Haec ille & plura.

22 Sacramentum Penitentiae multi quidem Episcopi, etsi illi possent, tanquam Ordinarii & principales Confessarii arg. cap. inter caetera 15.

Resp. quod possit. Textus in cap. Romana 1. in pr. de Censib. in 6. Trid. Concil. sess. 24. de ref. cap. 3. Ratio est: quia pertinet ad potestatem Episcopalem, de quocunque peccato mortali judicare, scandala avertere, pravos consuetudines eradicare &c. cap. perniciosa 1. de Offic. Ord. cap. novis 13. de Judic. P. Reiffenstuel ad cit. tit. de Censib. n. 69.

de Offic. Jud. Ord. non solent per exceptionem confessionum administrare, exemplò D. Caroli Borromaei, qui, licet commendaverit Episcopos, confessiones interdum excipientes, attamen ab hoc munere abstinuit. Pax Jordan d. l. tit. 4. n. 5. Nihilominus curam non modicam habent tum de Confessoribus, quorum approbatio Jurisdictioni Episcopali est reservata; tum de Penitentibus, quorum peccata, si viderint sic expedire, sibi reservant absolvenda juxta Trid. sess. 14. cap. 7. & can. 11.

23 Sacramentum Extremae Unctionis ubique fere locorum administrant Parochi & Sacerdotes proprii juxta Clement. Religiosorum 1. de Privileg. si tamen Episcopus hoc charitatis opus aegrotis impendere vellet, justissimo titulo niteretur, per ea, quae habet saepe cit. Jordan tit. 5. n. 3. & 9.

24 Quoad Sacramentum Matrimonii plurima habent, quae disponent Episcopi circa denuntiationes, impedimentorum discussiones, conjugum separationes &c. nec dubium, quin Matrimonio per se assistere valeant. Sed quia de Matrimonio, velut materia, peculiariter agitur in Lib. IV. de hoc & de aliis jurebus ac muneribus Episcopalis pro lectione sua deo eundem Jordanem Episcopum Tragicuriamensem, qui pleraque, ad Episcopi munus quocunque modo spectantia, facili brevique methodò, ex Utroque Jure deprompta, sollicitè congestit.

SECTIO II.

De Juribus Episcopalibus, ad Legem Dioecesanam spectantibus.

SUMMARIUM.

27. & seq. Describitur Cathedralicum. 29. & seq. Enumerantur persona & Ecclesia, ad illud obstrita. 33. & seq. Describitur subsidium Charitativum. 36. & seq. Recensentur persona, ad illud obligata.

40. Describitur Procuratio. 41. Declaratur illius materia. 42. & seq. Item Porrio Canonica. 44. & seq. Et impositio census.

§. I.

De Cathedralico.

27 AD Legem Dioecesanam spectat I. Cathedralicum, quod est certa pecuniae summa, videlicet duo solidi seu aurei, in recognitionem Cathedralis & Jurisdictionis Episcopalis, quotannis ab Ecclesiis inferioribus Episco-

po solvenda. Textus in cap. placuit 1. X. q. 3. cap. conquerente 16. de Offic. Jud. Ord. Vo-28 catur aliis Synodaticum d. cap. conquerente: ed quod olim in Synodo Episcopali, quae singulis annis de Jure Communi celebranda foret, dari

dari consueverit arg. cap. ult. de Causa possess. & propriet. & hodie in Synodis seu Conventibus & Capitulis Decanalibus in variis locis dari solet. P. Engel ad tit. de Censib. n. 5.

29 Penditur, ut statim insinuavi, ab omnibus inferioribus Ecclesiis d. cap. placuit 1. cap. inter caetera 8. X. q. 3. cap. pastoralis 7. de Donat. Sed tantum, si Saeculares sint: nam Ecclesiae Regulares seu Monasteria, sicut universim à Legge Dioecelana, sic in specie à Cathedralico sunt exempta d. cap. inter caetera 8. ibi: Monasteriorum tamen basilicis ab hac solutionis pensione sejunctis &c. cap. cum pro militate 34. XVI. q. 1.

cap. quàm sit 5. XVIII. q. 2. cap. Theodosius 1. de Statu Monach. Barbosa de Offic. & pot. Ep. alleg. 86. sub. n. 44. & alleg. 87. n. 45. Fagnanus ad d. cap. conquerente n. 44.

30 Quod autem Parochiae, Monasteria plenò jure incorporate, non sint immunes à Cathedralico, omnes tenere, scribit Fagnanus cit. loc. n. 10. & 43. etque plurimum favore textus in d. cap. conquerente de Offic. Ord. ubi Abbas num. 1. & cap. de Monachis 12. de Praebend. Consuetudinem tamen, praescriptionem, & specialia concordata in hoc passu respicienda, monet Magnif. P. König ad cit. tit. de Cens. n. 10.

§. II.

De Subsidio Charitativo.

33 AD Legem Dioecesanam spectat II. Subsidium Charitativum, quod est exactio quaedam extraordinaria, quam propter manifestam & rationabilem causam Praelati Ecclesiastici, praesertim Episcopi, à subditis cum Charitate petunt. Textus in cap. cum Apostolus 6. §. prohibemus de Censib.

34 Quam sit manifesta & rationabilis causa? Non extat in Jure determinatum. Apud Autores inventos sequentes: si Episcopus v.g. fecerit magnas impensas in sui electione, confirmatione, consecratione, annatis; in expeditione & negotiis totius Dioecesis; in itinere, ad Concilium Generale, Papam, aut Imperatorem, ex causa publica & necessaria, institutò; in adventu Regis, Imperatoris, aut Magni Principis, à quo seuda & regalia habet &c. Barbosa de Offic. & pot. Ep. alleg. 87. n. 26. & seq. P. Engel ad tit. de Censib. num. 19. Pignatell. tom. 9. consult. 142. num. 1. & 4. P. Wiestner ad d. t. n. 48. P. Reiffenstuel n. 3530.

35 Si tamen Episcopi habent pingues redditus, Subsidium Charitativum, stantibus quoque recensitis causis, ab illis exigi non posse, docent Pignatell. d. consult. 142. num. 7. Reiffenstuel d. l. n. 31. & alii, ab his relati.

36 Personae, adtribuendum Subsidium Charitativum obligatae sunt soli Clerici Beneficiarii arg. cap. quia cognovimus 6. & cap. seq. X. q. 3. d. cap. conquerente de Offic. Ord. in fine. Extravag. un. §. caeterum de Censib. inter commun. Laici 37 verò, & Clerici non Beneficiarii, quantumcumque possideant ampla patrimonialia, cum subsidium temporale non percipiant ab Ecclesia, temporale quoque contributionem Praelatis Ecclesiasticis facere non obligantur. Barbosa cit. l. n. 39. & 48. Engel d. l. n. 10. Puring ad eund. tit. n. 56.

37 Monasteria quidam cum Praefatio in praxi 38 Episc. p. 2. cap. 2. art. 2. n. 13. ad Subsidium Charitativum obligari, tradunt ob textum in Clement. de Excess. Praelat. Sed communior sententia est in contrarium cum Barbosa d. alleg. 87. n. 45. Engel n. 12. Puring n. 56. König n. 20. Wiestner n. 52. Reiffenstuel n. 27. propter textum in n. 30. citatos, ex quibus apparet, Monasteria generaliter à Legge Dioecelana esse libera.

38 Nec urget cit. Clementina: supponit enim Monasteria, quibus imponitur Subsidium Charitativum, habere Ecclesiae Saeculares, sibi unitas, ratione quarum omnia & singula onera, antecesserit praestari solita, sunt praestanda Clement. cum sit 1. & seq. de Censib.

§. III.

De Procuracione, Portione Canonica, & Impositione Censuum.

40 AD Legem Dioecesanam spectat III. Procuratio, seu subministratio sumptuum necessariorum, quos Episcopus in visitatione debet expendere, ab omnibus, quorum Ecclesiae visitantur, absque exceptione praestanda. Textus in cap. supra 14. de Censib. Extravag. un. eod. inter commun. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 3.

41 De reliquis ad causas pias detrahit Episcopus tanquam executor & defensor causarum piarum, juxta locorum consuetudinem, tertiam vel quartam partem cap. requisisti 15. de Testam. praeterquam si ad usum certum ac determinatum, v.g. ad ornamenta, luminaria, fabricam, anniversarium &c. fuerint relicta cap. ult. d. t. De decimis, ad Ecclesias Parochiales spectantibus, indistinctè concessum est Episcopo, quartam partem desumere, in compensationem curae & custodiae, quam gerit cap. conquerente 16. de Offic. Ord. cap. de quarta 4. de Praescripti. Sed istae portiones non ubique vigent in praxi, teste P. Engel d. l. n. 19.

41 Olim eorum sumptuum nomine non poterat dari pecunia Visitatori cap. Romana 1. §. procuraciones & cap. exigit 2. de Cens. in 6. postea aliud statutum, & in cap. felicis 3. eod. in 6. nec non Trid. d. cap. 3. permissum est, ut pecunia vel alia victualia praestentur.

42 Ad Legem Dioecesanam spectat IV. Portio Canonica, quam Episcopus tum de reliquis ad causas pias, tum de decimis detrahere potest.

42 Ad Legem Dioecesanam spectat V. impositio Censuum, seu tributum annui, quam facere potest Episcopus in fundatione vel consecratione

43 De decimis, ad Ecclesias Parochiales spectantibus, indistinctè concessum est Episcopo, quartam partem desumere, in compensationem curae & custodiae, quam gerit cap. conquerente 16. de Offic. Ord. cap. de quarta 4. de Praescripti. Sed istae portiones non ubique vigent in praxi, teste P. Engel d. l. n. 19.